



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

8 de Mathematicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

res, in actiua: Pythagoras, in contemplatiua excellisse creditur: Plato utramque perfecit. Et ideo insectatur eos, *Plat. in Gorgia. Gellius, lib. 10. c. 22.* qui tantum futilli & inani philosophia detineant toto vitæ tempore, qui sophismatis & dialecticis gryphis vitæ degendæ necessariam tempus reponunt, & senescunt in illis. In quos etiam Architrenius sæpe inuehitur. Diuus Paulus & de ea loquitur, *videte, inquit, ne quis vos decipiat per Philosophiam, &c. ad Coloss. cap. 2.* Vera philosophia, ad morum compositionem & rectam institutionem pertinet. *Gellius, lib. 5. c. 1. & 10. c. 22.* Quia virtutum omnium disciplina est, quæque in publicis simul & priuatis negotiis excellit. Ciuitates & rempublicas si nihil prohibeat, constanter, & fortiter, & perite administrat. Quare Vlpianus, Iurisconsultus, qui in nodis controuersiarum decidendis versantur, veram tradit profiteri philosophiam, *l. 1. de iur. & iur. §. Africanus* ꝑ poeta veram sapientiam opinatus est, esse filiam vñs & memorie: vt qui sapiens rerum humanarum esse velit, non libris solis, nec disciplinis rhetoricis opus ei sit, sed oportere eum versari quoque, exerceri que in rebus cominus noscendis, periclitandisque, omniaque acta & euenta firmiter meminisse. Versus Africanii recitat Aulus Gellius, *lib. 13. c. 8. hos,*

Vñs me genuit, mater peperit Memoria:

vt vñs me vocant Grai, vos sapientiam.

Et Macedo philosophus, cuius & meminit Gellius, *d. c. 8.* nihil fieri posse indignius & intolerantius dicitur quam quod homines ignauitæ desides, operi barba & pallio, motus & emolumenta philosophiæ in linguæ verbotumque artes conuerterent: & vitia facundissime acculerent, intercutibus ipsi vitis madentes. Atque ideo recte Iuuenalis, *Satyr. 2.*

Vna Sauromata fugere hinc libet, & glaciale

Oceanum, quoties aliquid de moribus auident.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Improbant hanc sophistarum garrulitatem iura pontificia, *canonum. & can. legimus. 37. d. simit.* Nam via ad cognitionem futillius, & tandem Dei, philosophia vera est: qui autem arguitis vitur, & vitæ abutitur in verborum pugnis & contentiombus, aberrat a scopo & via, quam philosophia perquirat & sequitur, & contra ipsissimam philosophiam philosophia abutitur. Qui enim se plane, & Deum cognouerit, non inuilem se putabit & perperam vel sibi solum creatum, sed & proximis, & patriæ, & omnibus, si quid & illis prodesse possit. Neque philosophum dico, qui sapientiam amat, nisi ipse quoque sapiat: aliter enim & aliquando impii, latrones, & similes, philosophi dicentur, qui uelint nolint amant sapientiam, quæ pulcra per se & amabilis est. ¶ Cum ꝑ tamen ipsi nec sapiant, nec sapere studeant. Erunt & isti personæ philosophi, qui muti & paralytici intra priuatos parietes latent, sibi & aliis inuiles,

Pondus ineri terra, & fruges consumere nati.

Vel certe infelicis ingenij habendi sunt, qui per ea tempora, quibus alij in philosophia muta profecerint, vel proficere possunt, nihil se didicisse, nec per totam vitam proficerent, quod per se futi reipublice esse. Satius fuisset illos addici glebæ vel alio corporali mancipatos fuisse artificio, quo sibi & aliis poruissent viles esse. Scio tamen postremis temporibus, philosophos eos tantum dictos esse, qui speculatiõni rerum, & sophisticis inuolueris inuolueris, se a communi hominum vita separarunt, & spontaneam paupertatem elegerunt, saltem diuitias contemnebant, *l. sed & reprobari, 7. de excusat. tutor. lib. 27. P. tit. 1. in honoribus, §. Philosophis de vacat. muner. in P. l. professio, de munerib. patrimon. lib. 10. c.* Et aliquando philosophantium horum turbæ & cæcus odio fuerant rempublicam administrantibus: quod otiosis declamationibus, cum praxia non nosset scientiarum quas profitebantur, seditiones & tumultus concitarent: putabant enim qui boni erant, inter illos tam facile rempublicam posse componi & emendari, vt erat illis facile de republica optime constituenda disputare & opinari: reuera ignari non tam facile facta & actus perfici, ac voces formantur a lingua: & leges antiquas, etsi non omnino viles, meliores tamen esse nouis, quæ reipublice faciem inuolueris, vt alibi docuimus. Erant & alij inter illos superbi sub pallio & larua philosophica, qui dum opinionem sapientie præter alios sibi arrogabant, & contradicendi studio, vt sua firmarent, tenerentur, omnia perturbabant. ¶ Et ꝑ proinde in ea regione Italiæ, quæ tunc magna Græcia appellabatur, cæcus Pythagoricorum ob clandestinam coniurationem concrematus fuit, magna rerum publicarum mutatione facta, vt pote principibus ciuitatis cuiusque temerarie terrefactis, vt ait Polybius, *l. br. 2. histor. Plato infu-*

sus venundaria Dionysio tyranno Syracusano, *Amilius Probus in Diome.* Epicurei Roma tenatuloconfulerunt exacti. Et Messenius in Arcadia, eos qui eodem quasi præsepi passi essent, expulerunt Quos & peites adolescentem esse dicent, & philosophie labeta imprimere, propter molliorem & impieratem. Eos itaque ante Solis occalum agro Messenio excedere iusserunt: illque pulsis sana lustrari, a sacerdotibus, a Tinchis (sic enim a gerendis honoribus suos magistratus appellant) totam vt bem purgari, tanquam a fordibus & sentina quadam liberam. ¶ Ferunt ꝑ & a Lyctis in Creta ex Epicureis eo profectos pullos esse, legemque populari sermone scripam, qua extirpata sapientie ac degeneris & turpis inuolueris & diis inuisi Lyctio pellerentur. Quod si quis eo per audaciam uenisset cõtenta lege, eum in catasta vitæ cum iuxta curiam dies viginti nudum melle & lacte perfundi, vt ab apibus & muscis consummaretur in totum, quibus exactis, si superites esset, adhuc muliebræ veste indutum, de saxo precipitari iusserunt, vt auctor Suidas, in *Epicuro.* Quomodo autem mathematici, alijque diuini eieci sint Roma, dicitur dum in criminibus de his agimus. Philosophos qui rebus innotandis student, deuitandos suadet Agrippa Octauiano. *Dio Cassius lib. 52. histor. Roman.*

¶ Vespasianus ꝑ philosophos omnes ob nimiam dicendi libertatem, Stoicos, & Cynicos vrbe expulit, præter Musonium & Demetrium, & Hostilium in insulas relegauit. *Xiphilinus ex Diome in Vespasiano.* Plures tempore Domitiani occisi, quod studio philosophie operam darent. *Xiphilinus ex Diome in Domitiano.* ¶ Antoninus ꝑ Caracallum, philosophos, qui sunt Aristotelici nomina, tam magno odio est profectus, vt uoluerit libros Aristotelis comburere. Atque Aristotelici sodalitates, & cetera commoda quæ habebant in Alexandria sustulerit, criminatus eos, quod Aristoteles causa mortis Alexandria uisus esset, *Xiphilinus, ex Diome, in Antonino Caracallo.* ¶ Imperator ꝑ Valens paruifacit philosophos imo contra eos cõtortet philosophiam, nec admittit eam ad exculationem munerum personalium. *Turpe enim, inquit, est vt patrie functiones ferre non possit, qui etiam fortuna uim se ferre proficetur, l. reddatur, 8. de professio. & medicis, lib. 10. C. tit. 52.* Minus etiam admittitur in illis philosophis patrimonialium munerum exceptio, dum patrimonialia habent, imo & philosophia illos conferre debere arguit, cum contra professionem bona possideant, *l. professio, 8. de muner. patrimon. lib. 10. c.* Et ex substantia maxime manifestum sit, eos non esse philosophos, *Vlpian. in l. sed & reprobari, lex 7. de excusat. tutor. P.* sed potius philosophos uelle uideri, vt eo prætextu dicerent. Sunt tamen qui veram philosophiam auctoritate publica docent, a muneribus immunes, *l. fin. de professor. & medic. lib. 10. c. d. l. sed & reprobari, §. Rema philosophantium.*

¶ In ꝑ concilio Turonensi prohibitum fuit religiosis professis uotum regulatis vitæ, monasterium exire ad audiendam physicam vel medicinam sub prætextu consulendi languentium fratrum corporibus. Pœna transgressoribus imposita, *cap. 3. ne clerici, vel monach. lib. 3. titul. 50. Decretal. quod & firmavit Honorius III. summ. pontif. c. super specula. c. 10. eod. tit. ne clerici, vel monach.*

De Mathematicis. Cap. 8.

- 1 Mathematica disciplina permissa.
- 2 Numerarii seu tabularii qui. Calculator, calculus quid, eod.
- 3 De Geometris.

Avgustus ꝑ Imperator Mathematicos, Geometras, & architectos, qui diuisiones partium omnium, incisionesque feruant, mensurique vtuntur, ad par studium discendi & docendi lege compellit, immunitateque donat, *in l. 2. de excusat. arti. cum lib. 10. C. tit. 64.* Arithmetici qui numerandi artem tenent, & docent, in iure probantur, vt pro Reipubl. vel negotiis eius necessarii. ¶ Horum nomine continentur, numerarii, qui postea a Iustiano tabularii dicti sunt, *l. 2. de numerariis & actuariis lib. 12. C. tit. 50.* Et calculatores, qui ad calculum numerant, qui professorum etiam immunitate donantur, *l. 4. de professor. & medic. lib. 10. C. tit. 52.* Numeratum olim & nunc calculus, id est, lapillus, nemo dubitat: unde & prostat titulus, De errore calculi, scilicet vt non noceat, sed retractatur, *de errore calculi, lib. 2. C. tit. 5.* Et indicat Petrus, *Satyr. 9.*

Hunc, Macrine, diem numerameliore lapillo,

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Musici, qui dicantur & de eorum diuersa nomenclatura, ex his quæ de musica diximus, *lib. 1. Syntaxe on cap. 3.* & sequentibus collige. ¶ De ꝑ Geometria, & partibus eius, diximus *lib. 13. Syntaxe on. 7.*

De Astrologia autem lib. 8. Geometriæ artem discere atque exercere, publice interest. Ars autem mathematica vana, diuinitio videlicet, omnino interdita est. l. 2. *C. de maleficis & mathematicis lib. 9. tit. 18.* Mensuratione terræ, in finibus regundis, & terminis describendis egeamus. *ut finium regundorum, & nos alibi suo loco, tit. finem for. sal. mod. dixer.* Geometriæ a terræ mensura dicti sunt, & agrimensores: qui tamen a tutelis non excusantur, nisi a principe curam arte illa egentem susceperint. *Seauola, in l. Geometria, 25. de excusat. tutor. in P.*

De Physicis, & Metaphysicis. Cap. 9.

1 Physici, Metaphysici, & Theologi qui.
Physici dicuntur: quod rerum naturas considerant, & inquirent: quomodo autem illud fiat, & de Physica facis abunde diximus lib. 11. *Syntaxe in P.* Philosophi, olim Philosophi nomine dicti sunt, & de Philosophia dictum est. His continentur & metaphysici, qui altiora, & abstracta contemplantur, de quibus diximus lib. 10. *Syntaxe in P.* Quorum etiam nomine & continentur Theologi, qui arcana & diuina pertractant mysteria, & de rebus quæ naturalem inquisitionem excedunt: de quibus & egeamus in sacramentis, & in rebus sacris, & lib. 7. *Syntaxe in P.* Et agitur in titulis, De summa trinitate, & fide catholica, in vtroque iure, ciuili & pontificio, & diuino. Et de sacrosanctis ecclesiis, de episcopis & clericis, de quorum etiam nos ordinibus & officiis, & sacerdotiis, diximus propriis locis. Physicæ appellatione iuris pontifici auctores & comprehendant medicinam, quam & prohibent religionem & claustrum professis. *in c. sententiam, c. 3. & c. super specula. ne cler. vel monach. ap. Greg.*

De Personis Vacantibus speculatiuis rationalibus scientiis. Cap. 10.

1 Scientiis speculatiuis rationalibus persona vacantes.
2 Grammatici qui immunes a muneribus.
Professores literarum, Rhetores, & Dialectici, eod.
3 Poetæ non habent immunitatem.
Inferiores tamen ordine personæ, quæ speculatiuis tantum rationalibus vacant, & necessariæ tamen, vt basis & fundamentum aliarum, sunt primò Grammatici, qui literis cognoscendis, coniungendis, & proferendis, & in componendo sermone studium adhibent, de quorum arte pauca nos tractauimus lib. 16. *Syntaxe in P.* Grammaticos sequuntur Dialectici, seu Sophistæ: Rhetores seu oratores. Qui quando sunt probati & recepti ab ordine, ciuili, ad erudiendum iuuentutem, iisdem studiis publice, consequuntur, vt omnium liberalium studiorum professores, immunitatem & vacationem a muneribus, ex his, l. 10. §. *angariarum, de vasa mune. P. l. oratione, 4. l. medicos, 6. de professor. & medic. lib. 10.* Ceteri scilicet si ex numero eorum professorum sunt, qui vacationem habent, non aliter. *Modestinus, l. si duas habent, 6. de excusat. tutor. in P.* ¶ Quæ tamen pueros primas literas docent, (vt arbitror in hunc ordinem non alleget publicum) immunitatem a ciuilibus muneribus non habent. Sed nec cui eorum, id quod supra vires sit indicatur, ad prædici religionem pertinet: siue in ciuitatibus, siue in vicis primas literas magistris doceant. *Vp. in l. 2. §. fin. de vacatio. & excusat. muner. lib. 50. P. tit. 5.* ¶ Poetæ hoc privilegio, aut vlla immunitatis prærogatiua non iuuantur, l. 3. *de professore. & medic. lib. 10.* C. nec calculatores, vt diximus. De poetica videbis explicationem, lib. 19. nostrarum *Syntaxe in P.*, & de historia, & historiographis, lib. 20.

De Iuriconsultis. Cap. 11.

1 Iuriconsulti vere Philosophi.
2 Iuriconsultorum antiquorum responsa pro lege, & quando, 3.
3 Auditorium iuriconsultorum quid.
4 Iuris ignorantia non excusat, ubi est copia iuriconsulti.
5 Iuriconsultorum opera in omnibus usus Alexander Severus.
Iuriconsulti qui fuerunt familiares Alexandro Imperatori.
6 Papiniani mors.
7 Monachis iura ciuilia audire prohibitum.
Iuriconsulti tamen iurisperiti, & legum doctores, circa speculatiuam præsumunt versantur, & veram philosophiam, æqui bonique cognitionem, l. 1. *de insti. & iure* & eam postea vtilitati publicæ, peracto legitimo studiorum curriculo, communicant. §. *fin. in 2. proemio. P.* ¶ Atque qui diu versati in ea disquisitione erant, olim responsa dabant consulentibus, quæ pro lege habebantur,

quæ & quandiu cum ea auctoritate responderi facultas data est. §. *responsa prudenti, de iure natur. gent. & ciuili. l. si. §. fin. de origin. iur.* Ad Iuriconsultos veteres olim sic adibat, auctore Cicero, ne, 3. *de orator.* vt non solum de omni iure ciuili, verum etiam de omni officio aut negotio referretur: in conficiendis testamentis, contra dictibus, & obligationibus adhibebantur, eorumque responsa iudices sequebantur. ¶ Auditorium idcirco habere dicebantur Iuriconsulti, vt legimus de auditorio. *Emilii Papiniani. l. lecta, si certum petat. in P.* Et adhibebantur in consilium a magistratibus ipsis Iuriconsulti. *Gellius, lib. 12. c. 13.* Reddebant porro responsa post longam in foro causarum exercitationem: quo tempore oratores senectate graues, deposito cauillarum forensem onere, domi, quo suam etiam tum dignitatem tuerentur, ius respondere solebant. Erat Cicero, 1. *de orator.* sub Crassi persona ioris interpretationem, non solum ad vsum forensem, sed etiam ad decus & ornamentum senectutis sibi comparasse dicit. Et in folio sedentes iura pericos Iuriconsultos respondisse idem tradit. *Cicero, 2. de orator.* Et de se, *Ego vero, inquit, Cicero, 1. de legib. atatis postu. vacationi considerabam, cum presertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in folio, consulentibus responderem, senectutis que non ineris grato atque honesto fungerer munerem.* ¶ Paulus refert Laboneum respondisse, iuris ignorantiam non excusare eum, qui Iuriconsulti copiam haberet. *Regula est, 9. §. sed iuris ignorantiam, de iuris & facti ignor. in P.* ¶ Alexander Severus Imperator, negotia & causas prius ab scitiorum principibus & doctissimis Iurisperitis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita sibi referri voluit. Familiareque Iuriconsulti ei fuerit, Fabius, Sabinus Sabini filii, Cato, Domitius Vlpianus, Ælius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, Iulius Paulus, Pöponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, fere omnes discipuli splendidißimi Papiniani, omnes iuris professores, vt auctor Ælius Lampridius. *in Alexandro Severo.* ¶ Qui tamen Papinianus iussu Bassianisue Antonini Caracalla filii Seueri, percussus fuit securi, & a militibus occisus. *Ælius Spartianus, in Antonino Caracalla.* Simulque cum eo filius eius, & Petrovius, aliique, quod Getæ fractis partibus fuisse secuti. *eod. Spartianus, & Xiphobius ex Dione, in Caracalla Antonino.* ¶ Statutum in synodo Turonensi, ne monachi ordinem regularem professi claustrum exeant, legum ciuiliam audiendam causam, pœnis etiam id facientibus imposita excommunicationis, in c. 3. *& c. super specula. c. 10. no. cleric. vel mona. quia absurdum est clericis imo etiam approbosis si per nos velint ostendere esse disceptationum forensium.* *In fin. in l. repetita, 35. de episcop. & cleric. C.*

De Gerentibus munera ciuilia, & eorum generali distinctione. Cap. 12.

1 Honor municipalis quid.
Honor a munere quomodo discernatur, & differat. Item 10.
2 Munus quomodo honorem contineat eod.
Munus, & donum, & onus continet.
Immunitas vnde eod.
3 Municipis qui.
4 Munus publicum & priuatum quid.
5 Munerum ciuilium diuisio.
6 Munerum personalium diuisio, & finitio.
7 Munera patrimonialia que, & mixta.
8 Munera alia or dinaria, extror dinaria, rebus adherentia in dictu.
9 Professores artium oneribus hospitiarum militum & angariarum immunes.
10 Munera, & honores in quibus differant: in quibus conueniant, & in.
12 Honorum gradus, & distinctiones.
Honor delatus a principe dignior ceteris, eod.

Personæ tamen alia distinguuntur ratione honoris vel muneris, quod gerunt in ciuitate, municipio vel republica. Honor municipalis, est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu siue cum sumtu, siue sine erogatione contingens, *Callistratus, in l. honor, 14. de munerib. & honor. lib. 50. P. tit. 4.* & ita a munere, quod potest esse sine honore & dignitate seceruntur. *vt in l. honores, 8. de decurion. in P. l. cui muneris, 12. l. rescripto, 6. §. sciendum, eod.* Inter honores sunt magistratus, decurionatus, & reipub. administratio. *l. l. cui muneris, 13. & l. rescripto, 6. de munerib. & honor.*